UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Onvs Ecclesiae.|| In hoc libro ... admiranda quædam ac planè obstupenda, de septem ec-||clesiæ statibus, abusibus quoq[ue] grauissimis, & futuris eiusdem calamitatibus ex sanctor[um] pro-||phetijs & ...

Pürstinger, Berthold

Coloniæ, 1531

VD16 ZV 12498

Handschriftenfragment

urn:nbn:de:hbz:466:1-29969

Visual Library

ministerii uix tutū in amicis e sinu inimicoꝝ petere sustinuit. Cuius factū si eni placet necesse
est. L. etiam classi quia apud maiores eloquentia clarissimus fuit ꝑpositū non displiceat. Nam
ex consule ꝓuintiā galliam obtineret atq; in eam . g. carbo cuius patrē damnauerat ad speculanda
acta sua uenisset. non solum eū inde non sūmouit. sed insup locū ei in tribunali assignauit. nec
ulla de re nisi eo in consiliū adhibito cognouit. Itaq; acer & uehemens carbo nichil aliud gallica
peregrinatione consecutus est. quā ut animaduerteret ītē patrē suū ab integerrimo uiro in exi
lium missū. Cato uero superior sepe numero ab inimicis ad causae dictionē ūocatus. nec ullo umq;
crimine conuictus. ad ultimū tantum fiduciae in sua innocentia reposuit. ut ab his in questionē pu
blicam deductus. Ti. gracchum a quo in administratione rei publice ad multū odiū dissidebat iudicē
deposceret. qua quidē animi prestantia ꝑtinaciā eoꝝ insectandi se inhibuit. Eadem . m̄. scauri for
tuna. aeq; senectus longa ac robusta. idem animus. qui cum ꝓ rostris accusaretur quod ab rege mi
tridate ob rem publicā ꝓdendam pecuniā accepisset. causam suā ita egit. Est enī iniquū quirites cū
inter alios uixerim. apud alios memorationē uite reddere. Sed tamen audebo uos quoꝝ maior pars
honoribꝫ & actis meis interēē non potuit interrogare. uarius seuerus ueronensis. emiliū scaurum
regia mercede corruptū. imperiū p̄r ꝓdidisse ait. aemilius scaurus huic se adfinē ēē culpę negat.
utri creditis. Cuius admiratione populus cōmotus. uariū ab illa dementissima actione ꝑtinaci cla
more depulit. contra . m̄. antonius ille disertus. Non enī respuendo sed amplectendo causę dictio
nem quā innocens ēēt testatus est. questor ꝓficiscens in asiam brundisiū iam ꝑuenerat. Ubi litte
ris certior. incesti se postulatū. apud . L. cassiū p̄torē. cuius tribunal ꝓpter nimiā seueritatem
scopulus reoꝝ dicebatur. cū id uitare beneficio legis memmiae liceret. q̄ eoꝝ qui rei p̄. causa abessent
recipi nomina uetabat. in urbē tamen recurrit. que uota pleno fiduciae bonae consilio tum
absolutionē celerē. tū ꝓfectionē honestiorē consecutus est. Sunt & illa speciosae fiducię publica
exempla. Nam cū eo bello quod aduersus pyrrū gerebatur. kartaginienses . c̄ . ac . xxxta nauiū
classem in p̄sidiū romanis hostiam ultro misissent. senatui placuit & legatos ad ducē eoꝝ ire qui
dicerent. populū romanū bella suscipere solere. que suo milite gerere posset. Proinde classem kar
taginē reducerent. Idem post aliquot annos cannensi clade exhaustis romani imperii uiribꝫ.
supplimentū in hispaniā exercitū mittere ausus. fecit ne locus hostiliū castroꝝ cū maxime capen
portā armis hannibalē pulsantē minoris ueniret quā si illum poeni non optinerent. Ita se ge
rere in aduersis rebus. quid aliud est quā seuientē fortunā in adiutoriū sui pudore uictam con
uertere. Magno spacio diuisus est a senatu ad poetam acciū transitus. Ceterū ut ab eo decentius
ad externa transeamus. ꝑducatur in mediū. Is iulio caesari amplissimo ac florentissimo uiro in
collegiū poetarū uenienti. nūquā assurrexit. Non maiestatis eius inmemor. sed quod in cōpara
tionem cōmunium studioꝝ aliquanto se superiorē ēē confideret. Quapropter insolentiae crimine
caruit. quia ibi uoluminū non imaginū certamina exercebantur. Nē euripides quidē athenis
arrogans uisus est cū postulante ei populo ut ex tragoedia quandā sententiā tolleret. ꝓgressus
in scaenam dixit se ut eum doceret non ut ab eo disceret fabulas cōponere solere. Laudanda pro
fecto fiducia est que estimationē sui certo pondere examinat. tantū sibi arrogans. quantū a contēptu
& insolentia distare satis est. Itaq; etiā quod alcestidi tragico poetę respondit ꝓbabile. apud quem cū
quereretur quod eo triduo non ultra tres uersus maximo impenso labore deducere potuisset. atq;
isse centū ꝑ facile scripsisse gloriaretur. Sed hoc inquit interest. quod tui in triduū tantūmodo.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN